

D E O D U C E
M E D I T A T I O S. E V A N G E L I I,

D O M I N I C Æ 5.
P O S T T R I N I T A T I S;
A d d i t i s S. P a t r u m d i c t i s, Q u æ s t i o,

numq; aliquot decisione, ad uberiorem textus, cum opus est
explicationem, & Heterodoxorum refutationem.

Q U A M

In Regia Aboënsi Academia

P R E S I D E

D N. Æ S C H I L L O P E T R Æ O

S. S. Theol. Doct. Profess. & Civitatis ejusdem Pastore.

Examinei subjevit, in Auditorio Majori, horis solitis

Ad diem 1. Junij Anni 1651.

L A U R E N T I U S J. H I N S B E R G I U S V V E R M L.

Theophr. in Luc.

Fugit Dominus gloriam, que eum ab hoc magis sequitur igitur urgentente turba, in nas-
vim ingreditur, ut vel à nave doceat in litore stantes omnibus e regione compa-
rantibus, & nulla à tergo veniente. Postquam autem turbam à navi docuit, Dos-
mium navis non reliquit irremuneratum: Sed bisariam ei benefecit, quia &
multitudinem pscium ei donavit, & discipulum fecit.

Beda.

Non recedit sed à Littus producit; & vivificandi potestatem tribuit In quo significatur quod
Spituales viri: Si peccatis turbarum commoti; Non tamen debent habere volun-
tatem dimittendi Ecclesiasticum munus ut securus & tranquillius vivant. Nemo
de sus conscientia culpa tremens: Vel de aliorum innocentia: Sanctitatis iter
formidet aggredi.

A B O Æ

Excudebat Petrus Wald/ Acad. Typogr. Anno. 1651.



Eamque

Admodum Reverendo in Christo Patri ac Domino.

D. M. SVENONI B. CAMENO

Theologo celeberrimo, Carlstadiensium Superintendententi eminentissimo, amplissimo, Ecclesieq; prænominatae pastori longè gravissimo, Mecanati promotori Evergetæ summo ob-
servantiæ cultu indefinenter colendo.

Reverendis Preclarissimis & Præstantissimis VIRIS

D. M. ISRAELI L. D. M. LAURENTIO

Philipstadiensium Pastori

*TORERI Billichio Maria-
stadiensium Pastori*

D. M. MAGNO S. Gaste. D. M. ABELI BENED.

Blad in Frysdalen Pastori

*Schola Mariastadensis Rectori &
in Litzberga Pastori*

Longè meritissimis, vigilantissimis, attentissimis studiorum promotoribus indubitatis, certissimis, omni honoris ac obsequii cultu ætatem suspiciendis, devenerandis.

Ac insupery

Reverendo Humanissimo ac Doctissimo VIRO

DN. TURONI IOHANNIS in Forsöön Pastori

Laudatissimo suo benefactori ac amico singulari.

*Illi ut patrono suo magno, istis, ut Mecanatibus ac promotoribus, huic ut benefactori; meditationem hanc sacram, Reverenter officiosè ac humilimè offert
& inscribit.*

LAURENTIUS J. Hinsbergius Respond.

OOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOO

MEDITATIO TEXTUS.
DOMINICÆ S. POST
TRINITATIS,

In Sanctæ & Summè Laudandæ Trinitatis, Patris, filii,
& Spiritus Sancti Nomine.

Ipse Deus pacis Sanctificet vos per omnia, ut integer Spiritus vester & anima & corpus sine querela in adventum Domini nostri Jesu Christi Servetur. 1. Thes. 5. 23. Quibus verbis Apostolus 1. ostendit hominem constare duplici vita, una Spirituali & altera corporali seu animali. Neutrâq; conservari posse sine divina benedictione & sustentatione. Spirituales quidem vita opus habet Spiritualibus cibus & alimentis, verbo & Sacramentis, remissione peccatorum, bona conscientia & gaudio in Domino. Corporalis eget etiâ corporalibus elcis, pane, pisce, carne &c. 2. Orat. Ap. Ioh. ut Deus sanctificet & Spiritum & corpus: Remittat peccata propter Christum, benedicat nostris Laboribus ut honestè ex illis corporis nostri sustentationem habere valeamus. Sine n. Divina benedictione labor frustraneus est, vanum est mane surgere & serò cubitum ire, si non adfuerit Divina benedictio. Illa verò dum adest, etiam sine labore divites facit. Proverb. 10. 22. Hujus egregium habemus exemplum in hodierno Evangelio, quod ut rectè meditari queamus.

Oremus autem Deum, ut hodiernum, Evangelium ita meditari queamus, ut cedat in nominis divini gloriam, nobis in augmentum & incrementum doctrinæ, & honorum operum, in spem & fiduciam, & tandem in æternam beatitudinem: Dicamus igitur, Pater noster &c.

Luc. 5.

EVANGel. Marc: 16. v. 14. usq; ad finem.

Factum est autem cum coacta esset ad eum turba ad audiendum sermonem Dei, & ipse staret juxta lit-tus maris Genesareth, Et vidit duas naves stantes super e-repedinem maris, & piscatores qui descenderant ex ijs eluebantq; retia sua. Una autem earum erat Si-monis, quumq; descendisset Iesus, sedet in ea & dixit ut proveberent eam paululum ab arida in aquas. Sedebatq; ac docebat turbam e navi. Quumq; cessas-set loqui dixit ipsi Simeon ducite in profundum, & pro-jicite retia vestra ad piscandum. Respondet Simeon & dixit ei. Rabbi, tota nocte fatigati sumus, nihilq; cepimus, tamen juxta sermonem tuum proicio rete. Et quum hoc fecissent, concluderunt multos admodum pisces, ita ut dirumperetur rete eorum. Innuerunt socijs suis qui erant in alia, navicula ut venirent sibi opem laturos, quumq; venissent, impleverunt ambas illa naviculas ita ut propè mergerentur. Quum autem hoc videret Simeon Petrus procidit ante pedes ipsius Iesus dixit ei, peto a te mi Domine, ut discedas a me, quippe qui homo peccator sum Et inim pavor invaserat

eum, omnesq; qui cum eo erant, propter capturam illam piscium, quam comprehenderant. Itidem autem & Iacobū & Iohannem filios Zabedæi, qui erant socij Simonis Dixit autem Iesus, Ne timeas, post hæc piscaturus es homines ad vitam. Et implerunt illas naves, ad terram omniaq; reliquerunt, ac post eum abiere.

Refert Evangelista Lucas convenisse ad Christum magnam multitudinem hominum singulari studio captam audiendi verbū Dei, quodq; Christus steterit tū juxta stagnū Genesareth, ubi duas eū videret Christianaves piscatorias piscatores v descendite & la velle retia sua, in unā navē ascendi. Christus petens a Simone cuius hæc navis erat ut a terra reduceret pusillum, quo factio concionem ex navicula habuit. Illa autem finita, jubet ut Simon ducat in altum & laxet retia sua in capturam. Simon autem primo conqueritur, quod per totam noctem laborans cum socijs nihil ceperit, interim promisit se laxaturum rete ad verbum Christi, Laxatis autem retibus concluderunt magnam multitudinem piscium ut eorum rete rumperetur, & necessū habuerint socios in altera navī existentes in auxilium vocare, quibus venientibus ambæ naviculæ impletæ sunt piscibus. Simon Petrus per terre factus multitudinem piscium, petit ut Christus a se exeat, id ex stupore quodam qui omnes occupavit propter hanc capturam piscium. Hos autem ita consternatos erigit Christus, Timere prohibet & in Scholam suam vocat. Qui etiam subductis in terram. Navibus & relictis omnibus secuti sunt eum. Confirmatur in hoc Evangelio Articulus fidei de Christi divinitate, quod Christus
impe-

imperium suum in pisces exerceat. Admonemur etiam
Sanctificationis Sabbathi & studij audiendi verbum Dei
Excitamur etiam ad orandum Deum, ut ille det panem
quotidianum, cum in illius manu sint etiam pisces
maris.

PARTES.

1. De Iesu Christi Salvatoris nostris concione ad
populum.

2. De magna abundantia piscium à Christo post
concionem data.

Atq; hæ sunt istæ partes, quas hac vice breviter & sim-
plicitè tractare constituimus: *Omnipotens & æternus
Deus, Pater noster celestis dilectissimus, nobis omnibus benefi-
cas, cunctaq; utiliter & fructuose cedere faciat.*

PARS PRIMA

In quâ meditamur:

I. Auditorū concionis Christi

diligentiam. Describuntur autem auditores à diligen-
tia audiendi conciones Christi 1. Quod congregati
sunt ad Christum Refert, S. Lucas capite precedenti
quod postquam Nazaræj eiecissent à se Christum, de-
scenderet Christus in Capernaum, civitatem Galileæ ibi-
què illos docuerit, quodq; omnes obstupuerint super Do-
ctrinam ejus, quia in potestate erat Sermo ejus. Quod
in Synagoga eiecerit Dæmonium inde pavor omnibus
factus & colloquebantur ad invicem, dicentes quid est
hoc verbum quia in potestate & virtute imperat immun-
dis

dis Spiritibus & exennt, & divulgabatur fama de illo in om-
nem locum Regionis. Postea curavit Christus So-
crum Petri febricitantem. Eodem die sole occidente om-
nes qui habebant infirmos varijs Langvoribus duce-
bant ad illum illos, at illis singulis manus imponens cu-
rabat eos. Exibant etiam Spiritus immundi ad illius ma-
dat. Facta autem die, egressus ibat in desertum locū
& turbæ relinquebant eum, & venerunt usq; ad ipsum,
& detinebant eum, ne descenderet ab eis. Ille vero ait
eis: Quia & alijs civitatibus, oportet me Evangelizare
regnum Dei, ideo missus sum. postea prædicavit in Syna-
gogis Galileæ. In hoc Evāgelio de hac turba & auditori-
bus Christi dicitur. Quod irruerant in Christum, ut au-
dierent verbum Dei cum ipse staret secus stagnum Gene-
zaret; noluerunt procul stare sed propè ut eo rectius con-
cionem audirent, unde patet quam diligentes fuerunt hī
auditores Christi. audiverunt ipsum in Synagogis, in de-
serto, circa stagnum Genezaret. Summo manè ad-
sunt apud Christum: Non solum Diebus Sabbathi, sed
etiam diebus profestis. Sicut ex hoc Evāgelio appa-
ret, Nam piscat uram exercebant socii, una cum Simone,

L. C. 1. Nobis bono exemplo est turba hæc, ut ea
diligentè intersimus concionibus sacris ad audiendum
verbum Dei, festis & profestis diebus quocunq; pro-
ponitur & ubicunq; illud audire licet. Hic populus adit
Christum in Synagogis, in deserto, ad mare. Hic populus
damnabit in extremo die negligentes auditores, quibus
Semper est occasio audiendi verbum Dei, & tamen valde
negligentes sunt. Tales erant olim Pharisei & Scribæ
tempore Christi Nunquam enim Legitur tantum concur-
sum factum ad Christum Phariseorum & scribarum
propter

propter verbum Dei, tales autem negligentes verbum Dei imitandi non sunt, sed qui avidè situnt & esuriunt verbum Dei imitandi sunt. Atq; ut rectius audiamus verbū Dei, notare licet: Auditores verbi Dei, Triplices, esse

2 Quidam audiunt & non faciunt, & illi sunt mali servi & duritèr verberandi: Luc: 12. Servus sciens voluntatem Domini, & non faciens multis vapulabit. Quidam nec

2 audiunt verbum Dei, nec faciunt & illi sunt pessimi. Quidam & audiunt & faciunt & isti sunt beati Luc. 11. Beati
3 qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. Quos fructus secum adfert verbum Dei diligenter auditum & multis Scripturæ locis patet: Mentem illuminat, unde, Luc: 8. dicitur. *ψαλ: 119.* Cor amore caelestium inflamat, unde ignito carboni comparatur, *Esa: 6.* Et discipuli cunctes ad Emaus sentiunt cor suum ardens factum ex sermonibus Christi de sua resurrectione dum explicaret eis Scripturas Luc. 24. Nonne cor nostrū erat ardens? Sedet animam pascit *Matth. 4. 4.* Sanatq; animam *Sap: 19: 12.* Sanctificat *Joh: 17. 16.* vivificat *Joh. 6. 69.* & beatum reddit *Luc. 11. 28.* Quisquis hos fructus verbi Dei diligenter perpendit aliter vix facere potest, quin verbū Dei serio amet, sedulo, audiat, & avidè discat. Et illa vera est beatitudo *Psal: 1.* Sed in lege Domini voluntas ejus. Maria diligenter audiens Christum, dicitur elegisse optimam partem, quæ non auferetur ab ea. *Luc: 10.* Martha non Laudatur quia de alijs multis erat Sollicita quæ ad propriam ejus Salutem non spectabant.

II. Christi ad concionandum

benevolentiam, Videns Christus adesse auditores, & quidem seridè cupientes verbum suum audire, non gravatus est Laborem concionandi in se suscipere, nec à concionando

quando ipsum abstrahebat, quod hic non esset constitutus in templo, non in domo aliqua sed sub dio ad stagnum hoc Genezaret.

L. C. Christum imitabuntur omnes pij & sinceri Doctores, ut diligentè concionentur quacumq; data occasione, siue in templo sint, sicut ut plurimum conciones Sacræ in templo habendæ sunt; quando Ecclesiæ status hoc permittit, interim ubicumq; homines in nomine Dei congregantur concionatores diligenter faciant officium.

III. Concionis Christi Materiã.

Quamnam materia fuit concionis Christi, à S. Luc. non exprimitur, verum S. Matth & Marcus hanc judicant. Matth. 4. Sic scribit: Cum audisset Jesus quod Job: traditus esset in Galilæam & relicta Civitate Nazaret, venit & habitavit in civitate capernaum maritima in sinibus Zabulon & Nephtaliut impleretur quod dictum est per prophetam Esaiam: Terra Zablon & Nephtaliut juxta viam maris Trans Jordanem Galilææ gentium, populus qui sedebat in tenebris videt lumen magnum, & Seden tibus in regione & umbra mortis lux orta est eis. Exinde cepit Iesus prædicare & dicere penitentiam agites appropinquavit enim regnum cœlorum. Sine dubio familiarissimè omnium ad se invitavit venite ad me omnes: Matth. 11. Absq; dubio etiam rationem auditorum habens, Legem explicuit. Sicut hoc facit Matth 5. Prolixa concione. Et veresimile est, hos ipsos auditores, qui hic ad fuerunt ad stagnum Genezaret interfuisse concioni isti, quam Christus habuit in monte quæ maxima sui parte Legalis Matth. 5. 6. seq:

L. C. Concionari est verbū Dei docere Legē & Evāgelium, ut accommodenter se decent ad conditionem au-

ditorum, prædicantes legem obstinatis & præfactis. Evangelium autem conseruatis & trinitibus: h: e. recte fecare & Seminare verbū Dei. Non semper Evangelium non semper legem, sed utrumq; suo tempore, quia videmus Christum ipsum hoc diligenter obseruare. Item Apostoli Auditorum quoq; est boni conseruare non solum conciones Evangelicas sed etiam Legales, non solum bonorum promissiones. Sed etiam conseruaciones facile n. sordescit Evāgelij dulcedo, nisi aliquid gustetur de legis amaritudine nocet nisi ductore Evāgelij temperetur.

SECUNDA PARS.

IN prima parte audiuimus Christum concionantem coram suis auditoribus, in hac Secunda parte ejus potentiam in copia piscium data contemplantur.

In qua meditatur :

I. Mandatum, Christi ut Petrus

piscaretur. postquam expertus esset Christus populi hujus diligentiam in audiendo suo verbo, Petri etiam benevolentiam & facilitatem permittendi sibi suam cymbam in suggestum, voluit Christus turbæ gratificari jucundo spectaculo, miraculosa piscium captura. Nec nõ Petro, victus copia exhibenda. Ideoq; mandat, ut ducat navigium suum in altum. Ut cessauit autem loqui, dixit ad Simonem, duc in altum & laxate retia vestra in capturam,

L. C. Ostendit Christus mandato de capiendis pisci-

piscibus, ducenda naví in altum & laxandis retibus,
 Ad capturam finita concione: quod velit nos Deus hæc
 duo quærere in hoc mundo. Vidz. regnum Dei & hu-
 jus vitæ sustentatione: Vult etiã utrũq; quærendi ordinẽ
 quẽ accuratè describit Matth. 6. Qua rite primum regnum
 Dei & cætera adijciuntur vobis. Id ipsum ostendit Chri-
 stus in hoc Evangelio quærantibus regnum Dei concio-
 natur suo postea jussu vult pisces capi, quos etiam dat, ut
 mox audiens. Sic Deus promisit quoq; quod se quærentes
 non sint sensuri defectum ullius boni Psal. 34. 11. Psal. 37.
 4. proverb. 10. 22. Daut. 8. 3. Psal. 128. & seqq; Syr. 12.
 15. Ergo bona conscientia possumus etiam hæc bona
 temporalia quærere, per piscaturam, per agriculturam
 modo observetur regula Christi Qua rite primum reg-
 num Dei &c.

II. Petri excusatione & emen-
datione. Audiens Petrus mandatum Christi de ducenda
 naví in altum & laxandis retibus in capturam, primò qui-
 dem se excusat, & rationem reddit, quare minus hoc vi-
 deatur consultum quia cum ipse tum sui fessi sint; ex
 nocturno Labore, quod per totam noctem Laborasset
 tum quia nox præterisset, & tempus piscatui commo-
 dum præterisset, Dicit enim: præceptor per totam noctẽ
 Laborantes, nihil capimus. Deinde emendat se petrus
 dicens: in verbo tuo, laxo, rete vidi jam exemplum tuæ
 omnipotentia in propria mea domo: socrus mea maligna
 feбри tenebatur, sed ad tuum mandatum, mox Sanata
 est, ut continuo surgeret & administraret hospitibus.
 Tu præceptor sine dubio quoq; dominaris piscibus ma-
 nis, in tuo verbo Laxabo rete.

L. C. 2. Pulcherrimum exemplum fidei in Petro habemus, quod omnino imitandum. Habenda quidem est ratio temporis & occasionis, verum Dei magis ratio habenda est. Si desperet caro de felici eventu & exitu propositi nostri, & Deus tamen mandat ut pergamos, dicamus tunc in verbo & nomine tuo laxabo rete. Non itaq; officium deserendum, si aliquando frustra videmur Laborare. Deus si jubeat pergere, pergamus, non dubitantes de felici successu Docet hoc Moyses ipse in Historia exitus populi ex Ægypto. Pharaon renuebat dimittere populum, populus ipsemet cepit desperare de liberatione, interim quia Deus ipse mandavit ut Moses constanter urgeret opus eductionis, Moses paruit mandato Dei, & felicem sortita est res eventum. Vide. Exod. 5. 9. seq;. Non itaq; cum carne & sanguine contendendum & disputandum, sed sine mora ad Dei mandatum rete Laxandum faciendum quod præcipitur.

III. Periculum Petri & sociorum ob capturam piscium. Cum hoc fecissent, inquit Lucas, concluderunt piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autem rete eorum & annuerunt socijs, qui erant in alia navi ut venirent & adjuvarent eos, & venerunt & impleverunt duas naviculas ut penè mergeretur. Quod cū videret Simon procidit ad genua Jesu & dixit exi a me quia homo peccator sū Domine, stupor n. circumdederat eum & qui cum eo erant, in captura piscium quam ceperant. Similiter Jacobum & Johannem filios Zebedei qui erant socij Simonis.

L. C. Ex hac historia apparet r. potentia Christi quod illa prorsus sit Divina & quod Psal, recte canit o-

mnia

omnia subiecisti sub Pedibus oves & boves universa in-
super & pecora campi Psal: 8: v. 7. & seqq.

L. C. 2. Hæc copia piscium rumpit rete, ideoq;
difficiliter retinentur sine sociorum auxilio. Quam-
vis Petrus dives factus esset, abundans piscibus, tamen o-
pus habet auxilijs. Videmus quã necessaria sit concordia
fratrum & sociorum. Bonum est fratres habitare in u-
num Psal: 1: 3. Si florere debet Respublica requirunt mul-
ta auxilia. Non deserat pastorem Magistratus, non uxor
maritum &c. Ac imitentur omnes, socios petri, ut una labo-
rent, qui eandem benedictionem expectant. Secus si fiat,
rumpitur rete in quo vis statu & nihil feliciter efficitur.
Hoc vult Apostolus 1. Cor. 14. Dum ita scribit. Nam
& corpus non est unum membrum sed multa. Si dix-
erit pes quoniam non sum manus, non sum de corpore?
Num ideo non est de Corpore? Et si dixerit auris: Quo-
niam, non sum oculus, non sum de corpore, Num ideo
non est de corpore? Si totum corpus oculus, ubi audi-
tus? Si totum auditus, ubi adoratus? Nunc autem
posuit Deus membra, unumquodq; eorum in corpore
sicut voluit. Quod si essent omnia unum membrum
ubi corpus? Nunc autem multa quidem membra, unum
autem corpus. Non potest autem oculus dicere manui:
Opera tua non indigeo: Aut iterum caput pedibus: Non
estis mihi necessarij.

L. C. 3. Divitiæ periculosa sunt, rumpunt facili-
ter rete salutis nostræ, ideoq; non expetendæ, neq; illas te-
mere profundamus & nimis parce & tenaciter eas eroge-
mus, nec ullo modo fiduciam nostram in illis collocemus.
Oremus potius cum Salmone paupertatem & divitias ne
dederis mihi sed tantum victui meo tribue necessaria. Ni-

hūc intulimus in hunc mundum, nec quicquam effere-
mus nobiscum habentes victum & amictum ijs contenti
simus. Rebus enim prosperis Deus plerumq; aliquid
admiscet adversi ne nimia felicitate efferamur. Pisces
autem rumpentes rete denotant Hereticos homines, qui
Scripturam sacram dilacerant perversis interpretationi-
bus: Et à reliquis pijs sese segregant: Atq; indignos se
ipfos reddunt, qui ad mensam Domini veniant.

**III. A Piscatu corporali ad spi-
ritualiē vocatione, Vocationē Petri & sociorū in Scholam
Christi Et ait inquit Egyptū ad Simonē Iesus noli timere.
Ex hoc jam eris capiens homines. Et subductis ad ter-
ram navibus, relictis omnibus sequuti sunt eum.**

L. C. Noverimus hoc bene, Petrum hic eum socijs obe-
dire Christo, qui subductis in terram Navibus & relictis
omnibus, secuti sunt eum. Hoc exemplum ab omnibus
Christianis imitandum, minimè dubitandum quin Chris-
tus nobis large recompenſabit, quidquid amiserimus &
reliquerimus propter obedientiam Christo præſtandam,
ſicuti Christus hoc expreſſè promittit Matth. 19. 27. ſeqq;
Mare. 10. 30. Ioseph. promittit fratribus ſuis, ſi aliquid
relinquerent in terra canaan, proſecturi in Ægyptum ad
ſe omnia in Ægypto recompenſanda datur Gen: 45.
20. Si propter mandatum Christi ſupelleſtem no-
ſtram reliquerimus, Cæleſtis noſter Ioseph: Christus
Iesus cæleſtes nobis daturus eſt opes. Sic Paulus
ſuam obedientiam commendat, quod vocatus apo-
ſtolus, mox obediens fuerit, Notum enim inquit
vobis facio, fratres, Evengelium quod Evangelizatum eſt
à me, quia non eſt, ſecundum hominem. Neque enim
ego ab homine accepi illud, neq; didici: Sed per revela-
tio

tionem Iesu Christi Audistis enim conversationem meam aliquando in iudaismo, quoniam, erectius: quomodo supra modum persequebar Ecclesiam Dei, & expugnabam illam. Et proficiebant in iudaismo supra multos coetaneos meos, in genere meo abundantibus a mulator existens paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit ei, qui me segregavit ex utero matris meae, & vocavit per gratiam suam, ut revelaret filium suum in me ut Evangelizarem illum in gentibus, continuo non acquievi carni & Sangvini, non. (Consului carnem & sanguinem) Neq; veni Hierosolymam, ad antecessores meos, eos, qui ante me fuerant (subaudi: in ministerio) apostolos: Sed abij in Arabiam, & iterum reversus sum Damascum.

O Remus autem da nobis quaesumus Domine, cuius est Regnum, potentia & gloria ut & mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur, & Ecclesia tua pacificatione tranquilla & copiosa captura Latetur per Dominum nostrum Iesum Christum. Amen.

Benedictio, & Claritas & Sapia, & Gratiarum actio, & Honor, & Virtus, & Fortitudo, DEO nostro, in Secula seculorum, Amen. Apoc. 7: 12

Q U A E S T I O N E S

AN hac historia Luc. sit eadem cum illa que describitur Matth. 4. & Marc. 1. ? ^{1.} Aff.

Utrobiq; enim Scribuntur ad capturam hominum vocati, & relictis omnibus secuti Iesum. Quam phrasin non vulgaribus auditoribus, sed de discipulis, qui ut per-

perpetui sectatores se per ipsi ad hærebant, intelligendam esse manifeste ostendit Locus Marc: 9. v. 38. Iohannes dicit: Vidimus quendam eijcientem Dæmonia, qui nos, &c. Et non absurdè colligi potest, Lucam historiam illam vocationis non suo loco & ordine narrare: Præmittit enim de facta Socro Petri cap. 4. 36. Sed Marcus dicit Sanationem, illam factam, cum jam Simon Andreas, Iacobus & Iohannes Christum sectarentur ergo non ante, sed post vocationem ipsorum hæc accidit. Et Lucas cum in fine cap. 4. 38. De Domo Simonis mentionem fecisset, voluit per recapitulationem sub jungere vocationem Petri per cuius occasionem contigit Christum domum Petri.

2. *Qua cogitationes expresserint Petro hanc vocem: exi à me Domine? Resp.* Cum ex miraculo Christi dignitatem imo Divinitatem ejus, quam in navi sua vehebat agnosceret. Et vehementiori admiratione divinæ illius virtutis, quasi instuporem ab raptus fuit, considerans enim è contra suam indignitatem, quodq; multorum peccatorum sordibus esset pollutus: dicit: (exi à me Domine); Quia iudicat se indignum consortio & præsentia Christi: 2. Quia metuit, ne ob indignitatis suæ cum divina Christi Majestate commercium, vindicta de peccatis suis sumeretur à Deo, sicut Sareptana vidua inquit ad Eliã 3. Reg: 17. 18. Ingressus es ad me, vir Dei, ut rememorarentur iniquitatis, meæ, & interfeceris filium meum; quia sc: non ita me gessi sicut debebat erga virum Dei. Et sicut Judei 13. 22. Manoah exclamatur morieretur, quia videmus Dominum conscientia peccatorum facta oblita mediatoris, existimat Deum ut Judicem adesse.